

maiora emolumenta bonarum pueniant. Quot adulteris iuol
 luti uel primonia consumperunt uel patriam pdiderunt uel peri
 erunt ipsi. At in coniugij felicitate oia sunt secura: oia fructife
 ra: omnia plena iucunditatis. Qui amor uel diuturnior uel
 dulcior: quam qui uirum uxoremque coniuxerit. Quae amicitia ueri
 or esse quaat: quam quae mutua & corporum & animorum beniuolentia
 coniuges deuixerit. Tu mihi ex oia hominum aetate tria aut quat
 tuor aut ad summum quicquam amicorum paria in medium referas: qui
 amicitiam sibi nomen uedicarint: qualis extitisse graeci uolunt
 Theseum & Perithoum: Orestem & pyladem: Achille & Patro
 culum: & Phythiam & Damona: & ultimos Epaminundam &
 Pelopidan. At horum nemo se amici causa interemit. Quid enim
 morte horribili? At uir clarissimus. T. Gracchus tanta est amor
 ris uel sanctitate uel uahemencia coniugale munus persecutus
 ut ultro ipse mori sustinuerit: quo uxor Cornelia superstes
 foret. Quid enim meminero Quintum Plancium: qui cum primam
 audisset uxoris obitum: pectus suum transfixit gladio. Cumque
 domesticorum interuentu ne quid perpetrare esset aggressus: profi
 cere potuisset: paulopost quod uulnus fuerat alligatum: scissis
 fasciis soluit: & eo imiti dextra constantique diuulso morte si
 bi conciuit. Et M. item Plancius ob horestilia quoque uxoris
 obitum: quae illum sociorum classe sexaginta nauium in Asia reducere
 te ad Tarentum usque persecuta: morbo est oppressa: in se oscu
 lada ungedaque officium: tantum potuit coniugal amoris charitas:
 ut districto gladio incubes uitam deseruerit. Nec minoris ui
 res coniugalis amor ostendit in Portia Marci Catonis uticensis
 filia: quae ubi primum accepit. M. Brutum uirum suum: apud philip
 pos uictum atque interceptum: ardētis carbones hauriens: quam fer
 ri ptas ois surrepta eet: e medio sese ultro sustulit. Vt autem
 ceteras nobilissimas feminas breuitatis gratia missas faciam:
 quis lacedaemonias illas non maiorem in modum admiretur: sum
 misque laudibus persequi studeat: quae exorato a custodibus in
 carcerem aditu ad uiros minias: extremo spiritu alloquēdos
 quos Lacedaemonij noctu morti destinarent: p inde atque re
 gnū affectatis: commutatis cum illis uestibus uelatisque capitibus
 per doloris simulationem: eos abire passae sunt: sese ultro mor
 ti exponentes. Quid Elissa Dido: Nonne ut extincto uiro: si